

Daktylský pentametr

— u u — u u — || — u u — u u — (poslední syllaba obou kól je indifferens).

Propertius 2, 8, 8: *vinceris aut vincis* || *haec in amore rota est.*

Elize v diairesi, Catullus 68, 10: *muneraque et Musar(um)* || *hinc petis et Veneris.*

Hiát v diairesi, např. Catullus 67, 44: *speret nec linguam esse nec auriculam quare cur te iam* || *amplius excrucies?* (Catullus, 76, 10)

Slova obou hemiepés řazena ve stejném pořadí: *quo poteras trepidis* || *utilis esse reis* (Ovidius, *Ex Ponto*, 2, 2, 52).

Chiastické postavení, Ovidius, *Tristia*, 3, 1, 80: *privato liceat* || *delituisse loco.*

- Obvyklé verše, co se syntaxe týče, Ovidius, *Fasti*, 1, 13 a 14:
Caesaris arma canant alii; nos Caesaris aras,
et quoscumque sacrис addidit ille dies.
- Méně obvyklé verše (jedna věta obsahuje dvakrát dva verše), např. Ovidius, *Fasti* 3, 517n:
sex ubi sustulerit, totidem demerserit orbes,
purpleum rapido qui vehit axe diem,
altera gramineo spectabis Equirria Campo,
quem Tiberis curvis in latus urget aquis.
- Nejméně obvyklý je následující typus, Propertius, 4, 10, 39-42:
Claudius a Rheno traiectos arcuit hostes,
Belgica cui vasti parma relata ducis
Virdomari. genus hic Rheno iactabat ab ipso,
mobilis e rectis fundere gaesa rotis.
- Epigram na spartské hrdiny padlé u Thermopyl připisovaný Símónidovi z Keu, do latiny přeložil Cicero, *Tusc.* 1, 101:
ὦ ζεῦν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῆδε
κείμεθα τοῖς κείων ρήμασι πειθόμενοι

Dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentes,
dum sanctis patriae legibus obsequimur.

Ovidius *Amores* I, 1

Arma gravi numero violentaque bella parabam

edere materia conveniente modis.

par erat inferior versus – risisse Cupido

dicitur atque unum surripuisse pedem.

Pieridum vates, non tua turba sumus.
quid, si praeripiat flavae Venus arma Minervae,
ventilet accensas flava Minerva faces?
quis probet in silvis Cererem regnare iugosis,
10 lege pharetratae Virginis arva coli?
crinibus insignem quis acuta cuspide Phoebum
instruat, Aoniam Marte movente lyram?
sunt tibi magna puer nimiumque potentia regna;
cur opus adfectas, ambitiose, novum?
15 an, quod ubique, tuum est? tua sunt Heliconia tempe?
vix etiam Phoebe iam lyra tuta sua est?
cum bene surrexit versu nova pagina primo,
attenuat nervos proximus ille meos;
nec mihi materia est numeris levioribus apta,
20 aut puer aut longas compta puella comas.
Questus eram, pharetra cum protinus ille soluta
legit in exitium spicula facta meum,
lunavitque genu sinuosum fortiter arcum,
quod que canas, vates, accipe dixit opus!
25 Me miserum! certas habuit puer ille sagittas.
uror et in vacuo pectore regnat Amor.
Sex mihi surgat opus numeris in quinque residat:
ferrea cum vestris bella valete modis!
cingere litorea flaventia tempora myrto,
30 Musa, per undenos emodulanda pedes!

Callimachus, ΕΙΣ ΛΟΥΤΡΑ ΤΗΣ ΠΑΛΛΑΔΟΣ (T), 1-22

Ὦσσαι λωτροχόοι τᾶς Παλλάδος ἔξιτε πᾶσαι, (1)

ἔξιτε· τᾶν ἵππων ἄρτι φρυασσομενῶν
τᾶν ἱερᾶν ἐσάκουσα, καὶ ἀ θεὸς εὔτυκος ἔρπεν·
σοῦσθέ νυν, ὃ ξανθαὶ σοῦσθε Πελασγιάδες.

οὕποκ' Ἀθαναία μεγάλως ἀπενίψατο πάχεις, (5)
πρὶν κόνιν ἵππειᾶν ἔξελάσαι λαγόνων·

οὐδ' ὅκα δὴ λύθρῳ πεπαλαγμένα πάντα φέροισα
τεύχεα τῶν ἀδίκων ἥνθ' ἀπὸ γαγενέων,
ἀλλὰ πολὺ πράτιστον ύφ' ἄρματος αὐχένας ἵππων
λυσαμένα παγαῖς ἔκλυσεν Ὡκεανῷ (10)

ἰδρῷ καὶ ράθαμιγγας, ἐφοίβασεν δὲ παγέντα
πάντα χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ στομάτων.

ὦ οἶτ' Ἀχαιαίδες, καὶ μὴ μύρα μηδ' ἀλαβάστρως
(συρίγγων ἀίω φθόγγον ύπαξόνιον),
μὴ μύρα λωτροχόοι τᾶς Παλλάδι μηδ' ἀλαβάστρως (15)
(οὐ γὰρ Ἀθαναία χρίματα μεικτὰ φιλεῖ)

οἴσετε μηδὲ κάτοπτρον· ἀεὶ καλὸν ὅμμα τὸ τήνας.

οὐδ' ὅκα τὰν Ἱδα Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν,
οὕτ' ἐς ὀρείχαλκον μεγάλα θεὸς οὕτε Σιμοῦντος
ἔβλεψεν δίναν ἐς διαφαινομέναν· (20)
οὐδ' Ἡρα· Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἐλοῖσα
πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Heliodorus, Aithiopika, III, 2

Τὰν Θέτιν ἀείδω, χρυσοέθειρα Θέτιν,
Νηρέος ἀθανάταν εἰναλίοιο κόραν
τὰν Διὸς ἐννεσίη Πηλέῃ γημαμέναν
τὰν ἀλὸς ἀγλαῖαν ἀμετέραν Παφίην,
ἄ τὸν δουρομανῆ τόν τ' Ἀρεα πτολέμων (5)
Ἐλλάδος ἀστεροπάν ἐξέτεκεν λαγόνων
δῖον Ἀχιλλῆα, τοῦ κλέος οὐράνιον,
τῷ ὑπὸ Πύρρα τέκεν παῖδα Νεοπτόλεμον,
περσέπολιν Τρώων, ρύσιπολιν Δαναῶν.
ἱλήκοις ἥρως ἄμμι Νεοπτόλεμε, (10)
ὅλβιε Πυθιάδι νῦν χθονὶ κευθόμενε,
δέχνυσσο δ' εὔμενέων τάνδε θυηπολίην,
πᾶν δ' ἀπέρυκε δέος ἀμετέρας πόλιος.
τὰν Θέτιν ἀείδω, χρυσοέθειρα Θέτιν.

Sofoklés, Oidipús král, 151-158

ὦ Διὸς ἀδυεπὲς φάτι, τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου
Πυθῶνος ἀγλαὰς ἔβας
Θήβας; ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα δείματι πάλλων,
ιήιε Δάλιε Παιάν,
ἀμφὶ σοὶ ἀζόμενος· τί μοι ἦ νέον (155)
ἢ περιτελλομέναις ὥραις πάλιν ἐξανύσεις χρέος;

εὶπέ μοι, ὁ χρυσέας τέκνον Ἐλπίδος, ἀμβροτε Φάμα.

Seneca, *Oidipús*

Te Tyrrhena, puer, rapuit manus,
et tumidum Nereus posuit mare, 450

caerula cum pratis mutat freta:

hinc verno platanus folio viret

et Phoebo laurus carum nemus;

garrula per ramos avis obstrepit;

vivaces hederas remus tenet 455

summa ligat vitis carchesia.

Idaeus prora fremuit leo,

tigris puppe sedet Gangetica.

Tum pirata freto pavidus natat,

et nova demersos facies habet: 460

bracchia prima cadunt praedonibus

inlisumque utero pectus coit,

parvula dependet lateri manus,

et dorso fluctum curvo subit,

lunata scindit cauda mare 465

Horatius *Carmina I, 7*

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mytilenen

aut Epheson bimarisve Corinthi

moenia vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos

insignis aut Thessala Tempe;

sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem

5

carmine perpetuo celebrare et

undique decerp tam fronti preponere olivam;

plurimus in Iunonis honorem

aptum dicet equis Argos ditesque Mycenas:

me nec tam patiens Lacedaemon

10

nec tam Larisae percussit campus opimae
quam domus Albuneae resonantis
et praeceps Anio ac Tiburni lucus et uda
mobilibus pomaria rivis.

Albus ut obscuro deterget nubila caelo 15

saepe Notus neque parturit imbris
perpetuo, sic tu sapiens finire memento
tristitiam vitaeque labores
molli, Plance, mero, seu te fulgentia signis
castra tenent seu densa tenebit

Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque
cum fugeret, tamen uda Lyaeo
tempora populea fertur vinxisse corona,
sic tristis affatus amicos:

'Quo nos cumque feret melior fortuna parente,
ibimus, o socii comitesque. 25

Nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro:
certus enim promisit Apollo
ambiguam tellure nova Salamina futuram.

O fortis peioraque passi
mecum saepe viri, nunc vino pellite curas;
cras ingens iterabimus aequor.' 30

Horatius *Carmina* IV, 7

Diffugere nives, redeunt iam gramina campis
arboribus comae;
mutat terra vices et decrescentia ripas
flumina praetereunt;

Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet
ducere nuda chorus. 5

Inmortalia ne speres, monet annus et almum
quae rapit hora diem.

Frigora mitescunt Zephyris, ver proterit aestas,

interitura simul 10
pomifer autumnus fruges effuderit, et mox
bruma recurrit iners.

Damna tamen celeres reparant caelestia lunae:
non ubi decidimus
quo pater Aeneas, quo dives Tullus et Ancus, 15
pulvis et umbra sumus.

Quis scit an adiant hodiernae crastina summae
tempora di superi?

Cuncta manus avidas fugient heredis, amico
quae dederis animo. 20

Cum semel occideris et de te splendida Minos
fecerit arbitria,
non, Torquate, genus, non te facundia, non te
restituet pietas;
infernis neque enim tenebris Diana pudicum 25
liberat Hippolytum,
nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro
vincula Pirithoo.

Ausonius *Grammaticics Latinis Burdigaliensibus...*

Nunc ut quemque mihi
Flebilis officii
Relligiosus honor
Suggeret, expediam,
Qui, quamvis humili
Stirpe, loco ac merito,
Ingeniis hominum
Burdigale rudibus
Introtulere tamen
Grammatices studium.